Is qui. No.ca.s.de eo.qui mit.in pos.ecclesia.xviij.q.ij.eleuterius. huius regule ratio est.q: eodem iure eũ predecessore vtitur: et nõ amplio2i cũ eadem persona censeatur cuȝ eo.s. de dona. inter vi.et vxo.nuper.distingue tñ de successore vniuersali: qui proprie dicit successor in re: sicut sunt heredes bonorum possessores: successores beneficiorũ: et de successore singulari vt emptor: donatari/legatarius: et talis proprie dicitur successor in rem: q: nõ in vniuersum ius succedit sicut ħedes. sed in ius singulare qd habuit defunctus: vel ille cui succedit: iste succedit. in primo casu in ius qd competebat defuncto agendi vel excipiẽdi cõpetit heredi vel successori: et illud quod ꝯpetebat contra defunctũ agendi vel excipiendi ꝯpetit contra successorẽ.ff.de verb.sig. l.vlti.et de heredi.insti.l.quotiens.in secũdo casu.dic ꝙ aut ius competebat persone defuncte: aut rei trãslate siue tertio siue psone. aut trãsit ad tertiũ vt in priuilegio dotali.C. de priuil.do. l.vna.et probatur hoc nedũ ad successorem imo de vniuersali.s.de auctoritate et vsu pal.c.ij. in alijs duobus casibus.s.de deci.nuper.et de iure pa.si laycus.simpliciter habet locuȝ regula. vt ff.eo.l.priuilegia.et de hijs oibus dic vt.s.e.priuilegiom.distingue tamẽ: q: aut actiones sunt prodite ad vindictã: aut ad persecutionẽ rei vel persone pene. in primo casu non transeunt ad heredes: licet nõ cõtest.ff.de iniur.l.iniuriarũ. si autem contineant persecutionẽ rei: transeunt vt in ista regula: sed si contineãt persecutionẽ pene ad heredes actoris transeunt insti. de perpe.et tẽpo.prescrip.§.heredibus. sed in heredes non dantur si prouenĩũt ex delicto pena vel delictũ. ff.e.ti.scienti.C.de delic.defunc.l.vna. sed contra videtur.s.de immu.eccle.aduersus.in fi. sed dic vt ibi per Host.sed si debetur ex cõtractu: bene trãsit vt.ff.de nau.feno.l.fi.de quo not.plene in simili per Inno.s.de elec.venerabilẽ.in fi. qd autẽ dictum est ꝙ ius coherens persone non transit in successorẽ actiue vel passiue.sic intelligẽ ꝙ aut successor succedit in rẽ ex titulo lucratiuo.z tunc transit in successorẽ: sicut in legatario/donatario et similibus.et ideo excõicationis vtilitas que cõpetebat actori transit in donatarium: licet excõmunicatio oino adhereat persone.ff.de dol.excep.l.apud celsum.§.donatoris.qd crederem verũ: si exceptio ei cõpetebat contra donatorẽ per viã exceptionis peremptorie.de qua ponc exemplũ.s.de re iudi.ad probãdum.de rescrip.ipso iure.secus si per viam dilatorie.vt.s.de excep.pia. nisi intercedẽte excommunicato.de hoc dicitur. si autẽ titulo onerofo tũc ob.id quod dicit in dicta.l. apud celsuȝ. qua rõne videtur ꝙ exceptio cõpensationis contra venditorẽ non cõpetat contra emptorẽ: cũ non habeat rem ex titulo lucratiuo: imo potius onerofo.et hec questio tangit: licet nõ determinet ff.de procura.l.si quis in re sua. sed exceptio cõpensationis potius cõpetit rei ꝙ ex parte persone.et ideo dat in emptorẽ: secus quãdo ex parte persone cõpetit vt in predictis iurib⁹.ẽm Dynum.et intelligas regulã loqui de eodẽ iure: q: secus si eodẽ priuilegio de quo.s.e. priuilegium. Item intelligas nisi successores cõditio hoc imutet.et sic non ob.s.de iure pa.c.vno. vbi ecclesie succedenti layco in patronatu dãtur sex mẽses: cũ ecclesia nõ haberet nisi quatuor. z i bonis pãtrimonialib⁹ et ciuilib⁹ in quibus succedit clericus patri layco.xj.q.ij.nullus. de hoc plene in quarta spe.ti.de clerico cõiugato.vel si variet ratio.et ideo licet legatarius nõ possit acceptare legatũ pro parte: et pro parte respuere: si tamen decedat relictis plurib⁹ heredibus: alter poterit pro sua pte petere: et alter pro sua respuere.ff.de leg.j.l. legatarius: q: alia ratio erat in vno.et alia in diuersis.

Presumitur. No.ca.de sen. excõ.si. vero.ij. lxxxij.di.proposuisti.et intelligas istaȝ in hijs q̃ occulte fiunt: q: secus de hijs que fiũt palã et publice.et sic nõ ob.s. de postu. pla.c.j.vt ibi no.z de cõsti.c.ij. Ite intellige istaȝ in hijs q̃s nõ ꝯs vel nõ tenet ex officio suo scire sicut in eligẽdo bono plato.s. de elec. innotuit. lxij di.c.ij.C. de magistra.cõuẽ.l.vlt.z est ꝑsumptio hec talis ṽtutis vt on⁹ ꝓbãdi transferat in aliũ.de quo.vj.q.vlt.actor.z.s.vt eccle.bñ.vt nfm.probat q̃ñq3 ignorãtia vno mõ directo per sacramentũ: maxime qñ nõ põt per aliũ modũ probari. maxime qñ agitur de hijs q̃ intrinsece:

et in cōscientia consistunt. vt in dicto ca. si vero et de homicid. significasti. et de electio. vt circa. Item indirecte scz quando illud tale probatur. ex quo sequitur necessario ignorātia: vt quādo probo me infantē vel furiosum. vt. s. q. ix. iudicās. vel absentē. s. q. s. si quis a symoniacis. instit. de inuti. stipul. §. item si verboꝝ. et licet ipso facto si als sit probabilis excuset. xxxiij. q. ij. in lectū. probabilior tamen presumitur in facto alieno. ff. pro so. l. vlti. de quo dictū est. s. e. ignorātia. et licet hec regula gñaliter loquatur: restringi tamen debet ad ignorantiā facti: et pōt poni exemplum in illo qui ignorat se excōicatum: celebrat s. de cler. excō. mi. c. vlti. de ignorantia iuris. dic vt. s. e. ignorātia. vñ hic distingue. q2 aut loquimur de ignorātia facti: aut iuris. si iuris: dic vt in. c. ignorātia. si facti: aut proprij: aut alieni. si proprij aut proximi: aut dudū remoti. de q̄bus dic vt. s. de sen. excō. cum illoꝝ. in fi. de cōsecra. dist. iiij. eos. et. s. de rescrip. ab excōicato. si alieni aut extranei aut defuncti in cui9 loco succedit: si defuncti aut certat de lucro captando: aut de dāno vitando. de quo. s. q. iiij. notandū. si de lucro captando: aut potuit peritiores consulere: quia tūc presumitur scire. vt. xxxvij. dist. §. fi. maxime si scientia rei aliene precessit in personā defuncti que intelligitur cōtinuata in personā heredis defuncti. ff. de diuersis. et tēpo. prescrip. l. cum heres. s. de restitu. spol. sepe. de iudi. quia. g. qui. de alie. iudi. muta. cā fac. c. s. de sepul. c. fi. de quo dic vt in predicto. c. ignorantia. et hic per Dynum.

Locupletari. Po. ca. s. de dona. apostolice. et in de tinente quāuis alienā rem. C. vñ vi. l. cū querebat. et. s. de pen. suā. quod intellige verū: nisi alter eu9 res est in causa fuerit: vel in culpa: vel voluntarius conditionaliter: vel expsse. et ideo ois pena q̄ quis culpa sua vel negligentia quis incidit: potest etiā a viris ecclesiasticis sine occasione interesse vel in penā contumacie debeat integra exigi vt. s. de arbi. dilecti. in fi. ſm Inno. licet glo. ibi disting. et male: qđ est nisi fraude quauis vsurarū: vel alia fuerit introducta: q2 talis sine peccato exigi nō potest: sic intellige capl'm. suā. cum si. vel nisi sit talis res que in se nō sustineat pene appositionem: sicut est matrimonium. s. de spon. gēma. not. q hic istud: vel ponit disiunctiue: et facit q iniuria sola per se vl iactura per se impediat aliquē ditari seu locupletari: et hoc verū est de equitate. quandoq tamē cōtra ipsam est inductus in certis casib9 rigor in contrariū ex causa sicut in vsucapionib9 introducitur a iure vt sit finis litiū. Itē ne rerum dñia diu sint sub incerto. Itē propter desidiam dñoꝝ puniendā. s. de pscrip. vigilanti. xvi. q. iij. in summa. insti. de vsucap. in pun. et ex hoc insurgit illa rō qua interpretamur priuilegia sic ne graue detrimētū alicui afferat: nā leue bñ tollat: als vix cōcedit puilegiū qđ alicui non noceat. xxv. q. ij. rescripta. Itē ex rōne regule huius dicerem q licet exceptio nō numerate pecunie excludatur per lapsum bienniȷ: ita q ille cui facta est litterarū obligatio: potest agere cum effectu. insti. de litera. obligatio. per totum. de equitate canonica dicerem ipsam semper durare ſm Dynum. nisi velis dicere q legis auctoritate incipiat esse post bienniū talis obligatio efficax: et qui peccat: legis auctoritate peccat. xxij. q. iij. qui peccat. sed veritate inspecta contra hanc regulā est: et contra illud qđ male fidei possessor nullo tēpore prescribit. s. e. possessor. sed contra hoc est qđ not. s. de offi. deleg. pastoralis. circa fi. glo. Itē nō ob. ff. ad. l. aquil. l. si seruus seruū. §. fi. oliuā. vbi colligens alienā oliuam expēsis proprijs nō possum expēsas petere. et sic dicatur dñs cū aliena iactura: nam hic impendens expensas voluntarie: saltim fictione iuris videt eas donare. et ideo scienti et volenti nō fit iniuria. s. e. scienti. et q culpa sua est: et ideo nō fit sibi iniuria: nec natura dicitur pati: hoc intelligas operādo aliquid i alieno. et ideo in meo et operor dolose cū nocēā: nō licet mihi: immo prohibeor. ff. de aqua. plu. arcē. l. ij. §. denicq. si autē facio vt mihi prosim: nō vt alij noceam: tunc possum. ff. de aqua plu. arcen. l. s. §. idem. de quo. s. de vsu pall. c. nisi. et. xxij. q. s. pastatus. de materia sequestrationis dic plene hic per Jo. mo.

In penis. Po. ca. ij. q. iij. §. notādū. vbi dicit q qui pronūciauit. ita temere accusasti. calūpniatorem nō pronūciat. s. de psti. ex literis de pe. di. s. pene. de elec. statutū. ff. de pen. si pses vbi dicitur q si pronūciauit fecisse violentiā: intelligitur sine armis. Itē pene nō excedunt pro prium casum. nec de penis arguitur ad similia. vt in dicto. §. pene. Item vbi ponūtur talia verba puniantur: vel puniantur intelligitur per sententiam nō ipso iure. s. de elec. quia propter. an iudex possit penas moderari. dic vt in dicto. §. notandum. vnde in hijs que iudex vel prelatus habet extra iudicium facere sicut in officijs dādis: vel similibus. vt. ff. de iure delib. l. s. §. de tēpo. ordi. ad aures. vel etiā in iudicio. in hijs tamen que eorum officio cōmittunt: sicut in dandis dilationibus. iij. q. iij. de inductis. et in dispensationibus. s. q. vij. exigunt. multuz exhuberat eorum officium. et ideo disponere et cōmutare circa ea poterūt suo bono sensu. sic intellige qđ not. s. de consti. c. s. penas autem pecuniarias quas ius vel cōsuetudo certas infligat: possunt infligere. s. de cle. percus. c. fi. de delic. pu. c. fi. vbi nō est alia certa pena imposita. s. de offi. deleg. de causis. vel si sit apposita si videat q magis pecuniaria timeatur: et als cupiditate non fiat. xxxiij. q. v. quid prodest. maxime si sit talis iudex qui super crimen de quo agitur dispensare valeat: et habeat respectum ad conditiones personarum: et ad negocij qualitatem. ſm ea que not. ij. q. iij. §. notandum. et. s. de penis. licet. in glo. et per Host. s. de offi. ordi. irrefragabili. et. c. dilecti. Itē illa digniora sunt imitatione q̄ sunt excellentiora pietate. xi. distin. §. vlti.

ratio huius r͞le est: q2 odia restringi ꝛc. ꝫ.c.odia. hoc tamen aduertendũ est: quia aut dubitatur delictũ fuisse ꝯmissum: ꝛ tũc habet locũ regula. si autẽ delictũ certũ est. sed qualitas delicti vel modus delinquẽdi incertus: vel persona incerta. et tunc secus. ꝛ ideo si vulnero aliquẽ et occidam: presumit in dubio ꝙ habuerim animũ occidendi. si cõtrariũ nõ probat. C. de iniur. si non cõuicy. ꝓm Dynum.

Additio. c. In penis. hic dicit tex. ꝙ in penis/est benignior interp̄tatio fienda. et De mõte Lauduno dicit hic ꝙ de penis nõ arguit ad similia. Dic idẽ esse in causis ciuilibꝰ nõ declaratis: q2 etiã fit benignior interp̄tatio ꝓm iura. pone casũ in patre q dotauit filiã ꝛ stipulatꝰ est dotẽ sibi reddi arbitrio vel volũtate filie: q2 si filia moriat nõ declarato arbitrio vel volũtate. neominꝰ pater dotẽ recte petet. vt: n.l. post dotẽ. ꝛ ibi glo. ff. solu. ma. ꝓm quã tam lecturã. ꝛ ita tenet Baptista de sctõ blasio in tracta. de priuilegijs dotalibꝰ. colũ. ij. in. vj. priuilegio. rõ est q2 iura dicunt dotẽ a patre profectã ad patrẽ reuerti debere. ideo lꝫ filia nõ declaret suã voluntatẽ fit illius interp̄tatio in benigniorẽ partẽ. i. sicut iura volũt. Bla. Aurio.

Actus. Po. ca. ꝫ. de elec. in electionibꝰ. de cõdi appo. c. j. ꝛ. ij. de pac. pactiões. Si q̃ras que est rõ huius regule: dic ꝙ actus legitimi ex hoc dicũt: q2 esse suũ a lege sumunt. et lex hoc ꝙ ponit vel facit vl̄ introducit: certũ debet introducere di. iiij. erit autẽ. idcirco ois cõditio: ꝛ queuis alia incertitudo procul ab istis actibꝰ dꝫ esse: ꝛ potissime in istis actibus in quibꝰ requirit firmitas ꝛ certitudo de p̄terito vel p̄n̄ti. sicut in electionibus in quibꝰ requirit precessisse ꝛ interfuisse cõsilij maturitas. vt in dicto. c. in electionibꝰ. vel testamentis. vbi plena deliberatio requirit. ꝫ. de suc. ab intesta. c. vlti. Itẽ in iudicialibꝰ in quibꝰ etiã requirit plena certitudo. insti. de actio. cura re. xxx. q. vlti. iudicantẽ. hij vel sisces nõ recipiũt diem vel conditionẽ: maxime si de se habeãt esse ꝑpetuũ. vt. ff. e. l. actus. hoc intellige: nisi actus tales sint ꝙ de natura sui diẽ exigant vel certũ tp̄s: sicut excõicatio q̃ iuxta quãtitatẽ cõtumacie hꝫ metiri. ꝫ. de cõsti. ex litis. xviij. di. c. vlti. Itẽ intelligas ꝙ legitimus actus nõ potest exerceri sub cõditione sicut in. c. in electionibus. sed potestas exercendi illũ actũ põt dari sub cõditione ꝫ. de elect. cũ in veteri. vñ not. ꝙ hec regula indistincte dicit ꝙ actꝰ legitimi nõ recipiũt diẽ neqꝫ conditionẽ. l. magis stricte dicit: ꝙ actus legitimi qui conditionẽ nõ recipiũt: ꝛ aliqui q̃ diẽ nõ recipiũt. ꝛ loquit lex de actibus q̃ nõ sunt cõtractꝰ. ꝛ sic nõ põt itelligi de matrimonio: ꝛ de oibꝰ alijs cõtractibꝰ q̃ cõditionẽ recipiũt: ꝛ aliq̃ qui recipiũt diẽ de quo dicvt no. de ꝯdi. appo. sup eo Vñ dicta. l. actus. ff. e. ti. vl̄ poneret r͞laꝫ econtra scꝫ vt actus legitimi diẽ ꝛ conditionẽ recipiant regulariter: fallit dicta r͞la in dictis actibꝰ subaudi qui nõ recipiunt diẽ: ꝛ cõditionẽ expressã licet q̃sqꝫ tacitã. ff. de heredi. insti. l. si q̃s sempronio. ff. de cõdi. ꝛ demõ. l. nõnunq̃. vbi dꝛ ꝙ heredis istitutio si placuerit titio: nõ tenet. sed si nõ exprimat: bene tenet. et no. ꝙ illi actus dr̄ proprie legitimi: q̃ inuenti sunt quacũqꝫ parte iuris scripti ꝙ ius scriptũ in sex ꝑtes diuidit. s. in. l. plebiscitũ. ꝛc. insti. de iure natural. §. constat. iõ dicunt legitimi: q2 inuenti ꝛ approbati a lege: ꝛ intelligas sane habẽt: q2 isti cõtractus. s. emptio: venditio ꝛc. Itẽ heredis institutio: cõditionẽ et diem incertã: licet nõ certã recipiãt. ratio diuersitatis est de icerta ꝛ certa: q2 in se nec in partes tẽporis diuisionẽ recipiunt: q2 illud qđ nõ respicit diuisionẽ in se nec in partes tẽporis: ꝛ ecõtra vt. ff. de testa. mili. l. miles. insti. de heređ. insti. §. ꝛ q2 diximus. et institutio nõ recipit diuisionẽ in se: cũ nõ possit testator decedere pro ꝑte testatus. et pro ꝑte intestatus. sic nec pro parte tẽporis institutio tenet. vñ ne cõtingat multa iura per hanc regulã corrigi. dictũ est ꝙ hec r͞la verificat in certis casibus tm̃: sed in contrarium est regula vt. ꝫ. dictũ est. ꝛ probatur in dicta. l. actus. ꝛc. ꝓm Dynum.

Semel. Po. ca. ꝫ. de re. ꝑmu. mancipia. de cõsecra. di. j. ligna: et. c. vestimenta. xij. q. ij. cõperimus. calix eniñ semel cõsecratus: nõ debet reddi sed eius preciũ. et idẽ est in qualibet re inanimata: secus est de aĩata: puta in seruo. et sic notat in dicto. c. cõperimus. ꝛ. liiij. dist. frequẽs. ꝛ. c. se. nã res aĩata delinquid faciẽdo se cõsecrari: et ideo magis punit: inaĩata minime. sic. vij. q. j. ep̄s in dioce. in casibꝰ tñ a iure licitis cõflata possunt vendi. x. q. ij. c. hoc ius porrectũ. Itẽ not. ꝙ dicit dedicatũ q2 alia bona nõ dedicata possunt vendi: vel nõ cõsecrata. xij. q. ij. ecclesiastice. nõ ob. ꝫ. de re. ꝑmu. c. iij. ꝛ dic vt ibi. Itẽ no. ꝙ dicit vsus q2 nedũ ad dominium laycorũ: sed ad vsus prohibentur trãsire. Humanos. i. seculares: quia ad vsus clericorum bene possunt reduci. de consec. dist. j. ligna.

Additio. c. Semel deo dedicatum nõ est ad vsus humanos vlteriꝰ trãsferendũ. intellige istũ tex. ꝓm Pe. de perusio. in tracta. de mutatione status ecclesiarũ. colũ. ij. quando res semel deo dedicate vel sacre remanent in suo statu ꝛ cõsecratione. q2 tunc nõ possunt ad humanos vsus trãsferri. sed quãdo earum rerum mutatur status vt quia in totũ destruitur ecclesia ꝛ res sacre aut dedicate deo reducunt totaliter ad nõ esse: tũc possunt ad prophanos vsus transferri. vt quãdo ep̄s destruit ecclesiaꝫ ex necessitate ita ꝙ amplius nõ sint clerici. vt hec not. in. c. placuit. ꝛ. c. trabes. de cõsec. dist. j. ꝛ Inno. in. c. ij. de ope. no. nũcia. fa. c. ꝛ hoc dicimus. xvj. q. vij. et ibi Archi. ꝛ Archidia. in. c. vnio. x. q. iiij. ꝛ facit. c. hoc ius. x. q. ij. et. c. aurũ. xij. q. ij. Inno. Host. et Jo. and. in. c. j. et. c. ij. de no. ope. nuncia. nam tũc ecclesia perdit omnia priuilegia. vt dicit Inn. vbi supra. nec clerici amplꝰ dicũtur esse clerici illꝰ ecclie destructe. intellige si sint seculares. si aũt sint regl̄ares professi licet desinãt esse monachi monasterij vel ecclie

destructe: nō tamen desinūt esse professi: sed effi cientur monachi alterius eccl'ie vel monasterij ad quod transferent vt dicit Pe. de perusio. vbi supra. per. c. licet. de regula. extra. Et qualiter possit mutari status vnius eccl'ie. et q pōt mutari per epm diocesanū ex causa. vide Pe. de perusio in pdicto tracta. colū. fi. p. c. cū omnes. de const. et. c. prohibem⁹. de censi. et. c. cū cōsuetudinis de cōsue. extra. vbi est bonus tex. Bla. Burio.

Non prestat. Po. ca. s. de elect. auditis. et de spon. cū aplica. et de despon. impub. accessit. et. c. lr̃as. et. c. ad dissoluendū. et. s. de elec. cōgregato. et intelligas hoc verū: nisi aliud in penam prohibeat. sicut patet in maleficijs q̄ nō sortiūt a iure effectū et tñ impedimentū prestāt pro mo pendi. et dic. s. respōso. huius regule est: q2 habetur pro infecto q cōtra iura fit. ex. di. vides. et intellige q dicit effectū a pricipio vel ex post facto de quo dictū est. s. e. nō firmat. et intelligas de iure sortiri effectū plenarie: vel saltē minus plene. vñ si legē seruū capaci postea legē eundē seruum nō capaci: s̄m legatū licet nō teneat impedit primū. ff. de leg. j. l. legatū patris. et. l. licet. §. minor. et est ratio: q2 legatū tacita voluntate adimitur. vnde illa volūtas qua constat per secundum legatū velle adimere primū: habetur pro iusto impedimento.

Cui licet. Po. ca. s. de deci. ex p̄te. xxv. di. c. ecce. de dona. inter vir. et vxo. per vias. sic cōtra negatiue: cui nō licet minus nec ma⁹. s. de sen. excō. cū illorū. Hoc verū est q̄n plus et minus sub q̄titate continent: secus q̄n sub dignitate nō cōtinetur minus. sic nō ob. s. de prebē. cui de nō sacerdotali. Alia regula est sibi similis: quā ca uet: q licet maiori et minori. xxv. di. illud superfluū. q̄n q tamē natura mādati hoc nō patit: in quo q̄n q cōcedit minus et tñ nō ma⁹: q2 fines mādati hoc nō sustinēt. vt in dicto. c. cū de nō. et. s. de transla. epis. c. vi. q̄n q etiā certa limitatio penarū prohibet a maiori et ideo a minori. vel prohibet a minorib⁹ pcedendo ma⁹. et sic nō ob. xxiij. q. ij. la tor. de torne. c. j. vbi de hoc. in glo. et de rap. c. ij. et de hoc dic vt. ff. e. nō debet. et. c. plus.

Qui prior. Po. ca. s. de iure pa. pastoralis. xvij. di. c. vlti. Hec regula locum habet in hijs quorū vtriusq par est causa: secus vbi est dispar: et sic nō ob. s. de prebē. cū qui. vbi postordinatus in assecutione prebēde prefert ei qui primo impetrauit. hāc r̄am intellige in cōtractib⁹: et in hijs q ex duorū volūtate dependēt. secus in cōstōnibus in quibus vltima reuocat priorā. s. de cōsti. ls. Itē in testamētis. xiij. q. ij. vltia Itē in priuilegijs in qb⁹ volūtas cōcedētis attēdit. s. de pben. hij qui. C. q pos. in pig. ha. l. vlti. vbi de hoc. ratio premissorū est: q2 cōiter priuilegia nō ex tpōre: sed ex cā extimant potiora. ff. de priuileg. cre. l. priuilegia. et dic per Azo. in sū. C. qui po. in pig. ha. vñ quis creditorum alijs sit potior. dic hic plene per Dy.

Qui sentit. Po. ca. i lapsis qui ponunt in monasterio. xvi. q. ij. de lapsis. et de pb̄ytero qui sustinet on⁹. et habebit emolumētū mortui. s. de sepul. c. j. sicut ecōtra: nō est ferēdus is qui lucrū amplectit onus autē subire recusat. xvi. q. vij. filijs. C. de cadu. tol. l. vna. §. pro secūdo. in fi. Hec regula fallit p̄mo rōne etatis C. de leg. iij. l. fi. in fi. vbi minores etate ad tutelā nō veniūt: sed ad successionē benc. Itē fallit rōne psone: q2 licet socius magnū emolumentū societati dederit: si postea dānū det: nō fit dāni et emolumenti cōpensatio. ff. pro soc. l. nō ob. eam. Itē fallit rōne nature cōtractus. C. fa. hercisc. l. licet. Itē fallit rōne pacti sp̄alis. ff. e. l. j. et. s. de pac. c. j. et. fi. Itē fallit vbi ex causa quis prohibet ab emolumento: licet onus habeat. sicut patet in iudice. s. de rescrip. statutū. §. vlti. et sumit hec regula ex. l. j. ff. e. l. s̄m naturā. et intelligas hāc regulā procedere vbi est par ratio oneris et cōmodi: alr̄ nō: vt patet in exceptionib⁹ supra dictis: et sic not. q cōtrariorū eadē est disciplina: onus enim et cōmodū duo sunt contraria. vt insti. de l. hijs q sunt iuris sui vel alieni. §. j. cuius oppositū patet nā vbi de vno cōtrariorū pdicat affirmatio. de altero pdicat negatio regulariter. vt patet in preallcg. §. Itē ad positionē vnius cōtrariorū: sequitur remotior deductio alterius. ff. de verb. sig. l. hec verba. dic q vbi de quolibet cōtrariorū fiō detur affirmando vel de quolibet negādo verū esse q eadē est disciplina i gñe et in specie. sed vbi de altero respondet negatio/ de altero affirmatio nō est eadē. sed cōtraria disciplina. et est ratio q2 per cognitionē vnius deuenit ad cognitionem alterius. et sic nō. q contrariorū eadem est disciplina. i. eadē ratio disponens ad cognitionem vtriusq per se ostendens eadē esse cōtraria et diuersa. s̄m. Dynum.

In re cōmuni. Po. ca. in duobus cōiugatis: quorū vnus votū impedit alteri⁹. xxxiij. q. v. §. j. et. ij. Item vno prohibente viā cōpromissi alij nihil possunt facere. s. de elec. quia propter. fallit in casibus not. ff. commu. diuid. l. sabinus. Primus est quādo non interest socij prohibere: vt quia alter vult dealbare: vel denigrare parietē. vt. ff. de seruit. rus. predio. l. quidā. parietem. Secundus quando ei hoc quesitū est vt opus fiat. ff. cōmuni. di. l. si edeo. Tertius quādo edificiū indiget refectione. C. de edifici. priuatis. l. si vt proponis. Quartus quādo fauor religionis adest. vt si sepelire velit quis in cōmune sepulchrū alium mittendo. Insti. de re. di. §. religiosum. Item cū quis rem habet cōmunem cū donatario vt. C. de dona. sancim⁹. Item hic tñ no. q aliud est cōmune vt singulis: aliud vt collegiatis. de quo dictum est. s. co. qđ omnes. et no. s. de consti. cū oēs. vñ hic distingue. q2 aut loqueris de re cōmuni collegiatorū: aut singularium. si primo dic q melior est conditio maioris partis: siue prohibeat siue cōcedat: nisi minor pars fungeretur potiore ratione. de quo plene

in dicto.c.cū omnes.ꝛ de hijs que fi.a ma.par. ca.cum in cunctis.et.c.fi. Si autem vt singulorum.distingue.q: aut socius vult aliquid facere vel reficere in loco cōi ad cū vsum ad quē res parata est:et tūc potest etiā inuito socio.ff.cōmu di.l.si edes.aut ad aliū vsum ad quē parata nō est:et tūc distingue.quia aut interest ꝓhibētis nō fieri:in quo casu est melior cōditio eiꝰ ꝑ hanc regulā:aut nihil īterest prohibētis:ꝛ hic distingue.q: aut alter socius vult edificare seruitutis iure:aut iure cōi.si primo:nō potest.vt.ff.de serui.vrb.ꝑdi.l.parietē.aut iure cōi:et tūc potest. ff.pro so.l.cū in duobus.sed cōtra hāc regulam est ꝙ in re pari vel causa:melior est cōditio occupātis:sicut in pluribꝰ procuratoribꝰ.ꝫ.de procura.nō iniuste.ꝛ.c.si duo.et de rescrip.duobꝰ.sed hec regula habet locū in ea re q̄ parte diuisa ad plures ꝑtinebat:iura cōtraria loquūẗ in eo iure qđ distinctū est in vniꝰ executionē que prius ꝓoccupauerat causam.vt in.c.si duo.

Contra. ꝓo.casum.in dicto testis:q: fit interꝑtatio cōtra producētē.ꝫ.de proba.in ꝑsentia. Unde hic no.ꝙ hec obscuritas aut ambiguitas:aut apponiẗ in vltimis voluntatibus: aut in cōuentionibꝰ factis in iudicio:aut in confessionibꝰ:aut in cōtractibꝰ:aut in sentētijs:si in vltimis volūtatibꝰ:et cōstat expresse de volūtate illa seruaẗ:q: liber debet esse stillus vltime volūtatis.C.de sacr.san.eccle.l.j.si al's non constat expꝛsse sed tacite ꝑ coniecturas illa etiā seruatur.xvj.q.vj.qui recedūt.nisi dicta voluntas testatoris esset iniqua:vel al's cōtra ius.ꝫ.de testa.tu ꝛ.et.c.raynutius.in fi. Si aūt non cōstet expresse nec tacite:stabitur verbis testamēti ad hoc.xxij.q.ij.sin autē.de spōs.ex literis. Si autē v̄ba sint nimis obscura.seq̄tur benigniꝰ et minimū.ꝫ.e.in obscurijs. Si nō appareat quid sit benignius:neutrū valet.ff.de testa.tu.duo sunt titij.et spectat taliū obscuritatū indagatio ad iudicē.ff.de fideicō.l.voluntatis. Si loquamur in iudicijs:semꝑ fit interpretatio pro agēte in litis exordio:et est rō q: aduersariꝰ semꝑ negaret se sic dixisse.C.de annal.excep.l.vlti. in iudicio aūt puta in prohibitionibꝰ fit interꝑtatio contra producentē.ꝫ.de cōdi.app.per tuas.in confessionibꝰ accipieẗ ꝙ magis expedit aduersario. ꝫ.de consti.cum.M.de confes.c.ij.in cōtractibus.distingue.q: aut est certū de cōsensu:aut de dissensu:aut est dubiū. In primo staẗ ei in quo cōsenserūt.ff.de rebus du.in ambigua.ꝫ.de spō. c.j.in scđo nihil valet.ꝛ.xxvij.q.ij.sufficit.in tertio casu subdistingue.q: aut pōt valere ꝫm vnū intellectū:aut scđꝫ vtrūq̄. In primo valet scđm illū tantū.ff.de v̄b.ob.l.quotiēs.et hoc in foro cōtentioso:q: in foro aīe stare ei qui dissentit in tali dubio.de spō.tua.in scđo casu valebit ꝙ est verisimilius.ꝫ.e.inspicimꝰ. Si aūt dubitaẗ ꝙ est verisimilius:seruatur ꝙ in hac regula diciẗ.ff.de v̄b.ob.l.quicquid.et hec vera sunt cū neuter dolū cōmittit:al's fiet interꝑtatio cōtra illū q̄ cōmittit dolū.xxij.q.v.ꝫ.ex hijs.et.c.quicūq̄.sed si vterq̄ dolū cōmittat:tūc recurreẗ ad cōmunē significationē.ꝫ.de spon.ex lr̄is.vbi de hoc.in sentētijs vero distinctis pōt interꝑtari ꝑses prouincie vel procuratorcesaris.ff.de app.ab executore.in ꝑin.sed minor iudex nō:q: functꝰ est officio suo siue bene siue male.C.de sen.experi.reci. l.ij.vbi de hoc. Itē de interlocutorijs dic vt.ꝫ.de app.cū cessante.sed circa fructꝰ et expēsas supplere potest ea die.ff.de re indi.paulus.in legibꝰ licet nihil īcertū habeat ꝯtinere.iiij.di.erit lex. q: dic lex ꝙ erit certa:et sermone cōscripta.C.de nouo codi.cōpe.in ꝑin.si ambiguitates videntur in secūdis cōprehēdere:recurriẗ ad cōcedentem cuius est interꝑtari.xj.q.j.ꝫ.ex hijs.ꝫm Jo. ꝛ in testamētis distingue.q: aut testator interpretatꝰ est:ꝛ tūc valet eius interꝑtatio.ff.de testa. heredes palā.aut nō fuit interꝑtatus.ꝛ tūc aut valere pōt legatū scđm vnū intellectū tm̄: aut scđm ītellectū heredis et legatarij.si primo: illū intellectū assumimꝰ.ff.de leg.j.l.apud iulianū.ꝫ.titiꝰ.in scđo distingue.q: aut est ambiguitas in volūtate cōstituēte vel relinquēte:aut in voluntate adimēte:si primo:seq̄tur ꝙ est minimū.vt ī dicta.l.apud iulianū.ꝫ.scio.in scđo aut est incertitudo rei ꝛ ꝑsonarū:tunc in primo casu in nullo valet ademptio.secundo casu valet in vtroq̄.in tertio valet adēptio in maiori probatur.ff.de rebus dub.l.si fuerit.et ibi not.ꝛ de adimen.le.l.iij.ꝫ.si duobus.ꝫm Dygnū.

Non est. ꝓo.ca.in eo qui iurauit. xxij.q.ij.c.j.ꝛ.ꝫ.de iureiur. cum quidā.et.c.quintauallis circa hoc not.ꝙ iuramentū illicite ꝛ super re illicita prestitū:et de re que inducit periculū aīe. sicut occidere hominē.nullatenus est seruandū:imo quis per se potest conuenire vt hic.et idē si sit licite.i. sponte:sed super re illicita vt hic. si vero sit licite.i.sponte et super re licita.s.tali q̄ seruari pōt sine interitu aīe omnino seruandū est.ꝫ.quod me.cau.cū dilectus. si autē sit illicite.i.per vim et metū:sed super re licita: puta vt dem centū vel renunciē beneficio qđ est de se licitū.sicut omne illud qđ pōt seruari sine interitu. Hic dic ꝙ si coactio vel vis fuit absoluta expulsiua vel ablatiua.vt q: iudeū ligatū baptizaui:vel expuli te de cura.vel extorsi pecuniā de manu tua:nullatenus tenet.q: talis magis pati q̄ agere videretur.ꝫ.qđ me.cau.sacris.ꝛ.c. ad audientiā.vbi de hoc.si est coactio cōditionalis puta nisi des centū te occidam:aut per metū mortis vt quia vis me occidere nisi hoc faciā:ꝛ iam metus est in presenti vel per cruciamen corꝑis : vt q: vis me virginem stuprari.vel ponere ad questionē vel per ablationē omniū bonorū:vel maioris ꝑtis. ꝛ sic quodāmō vita tēporalis adimeretur mihi vel etiam si velles in seruitutē redigere:ꝛ sic mutaretur totus status meus:si per talem metū promisi dare decē:qui al's possem sine dāno meo tibi dare: licet bene faciam si iuramentum meū seruem dando tibi.tamen si nō seruo non pecco mortaliter.sic intelligiẗ.ꝫ.de iureiur.verū.et.c.si vero.ꝛ.ꝫ.ꝙ me.cau.abbas.et.c.sequēti. Si aūt

per aliū metū iurē vel promitā decē.tenet promissio regulariter:et debeo iuramētū seruare.ē. qđ me.cau.ad aures.fallit si sit p̄stitū sup re tertij:puta si p̄lat⁹ iurat dare vel alienare rē eccl̄ie: q̄ nō est sua:vel clericus rē ordinis clericalis:que nō est in co:puta litigare corā seculari iudice.nō valet in hoc casu.ē.de iureiur.c.ij.ꝛ.c.sicut.ē.de fo.cōpe.si diligenti.Item scđo in matrimonio. Tertio.in dote.Quarto.in voto.Quinto.in interdicto.Sexto.in donatiōe tutoris.Isti casus no.p ordinē in glo.ē.qđ me.cā.abbas.in tertio casu suprapositō.s.si est licite ꝛ sup re licita p̄stitū:non pōt cōtra q̄s venire:etiā de licētia pape ꝯm Hug.licet alij contra.vt no.glo.de iureiur. quāto.ꝙ intelligo verū si per illud intēdebat se deo principaliter placēdo obligare: sicut vouēdo cōtinentiā:vel pijs operib⁹ aliq̄d promittēdo.xxij.q.v.ꝙ deo parari.et ideo si homini promisi.x.non in fauorem sui:sed tertij puta:quia tūc sine volūtate tertij nō fit remissio.ar.ē.eo q̄ no.ē.de procura.cōstitutis.lxij.di.tibi dn̄o.et idē si promisi nullius:sed imponēdo sibi necessitatē faciēdi vel nō faciendi aliq̄d:nō pōt sibi remitti:q: nō est q̄ sibi remittat:sed debet facere hoc sup quo deū in testē vocauit. Ex quo seq̄tur ꝙ si iuraui me moraturū per annū cōtinuū ītra domū meā/q: forte nō poterā scolares expellere:illud iuramētū non poterit mihi p scolarem remitti:q: nō est sibi principaliter p̄stitū:sed solū mihi per illud necessitatē imposui morādi.ar. ē.de iureiur.et si xp̄s.Si aūt sit p̄stitū hoī principaliter:puta scribēdi librū vel soluēdi pecuniā: vel cōtrahēdi spōsalia vel matrimoniū in futurū:remitti potest ab hoīe.ē.de spon.preterea.si quarto casu:in primis casib⁹ non est dicēdū alicui ꝙ cōtraueniat proprio motu:si tamē hoc fecerit nō peccat mortaliter:sed venialiter.vt in dicto.c.verū.In alijs casibus non credo ꝙ possit contrauenire sine superioris licētia absq̄ pctō mortali. Excepto casu alienatiōis eccl̄ie:in quo forte est spāle vt in.c.q: cū. Et potest esse ratio: q: est p̄stitū ꝯtra primū:quib⁹ prestis de nō alienādo:ꝛ sic scđm nullaten⁹ seruādū.ē.de iureiur. veniēs.ꝛ.c.breui.ꝛ.c.intellecto.Sed de licētia superioris in oībus casib⁹ quarti mēbri poterit cōtrauenire de elec.venerabilē.Unde iurās scđo cōtra rem primo iuratā licitā et licite cadit in scđo membro:q: nihil aliud est quā licite de re illicita iurare.et sic nullo modo seruādū.vt in dicto.c. intellecto.ꝛ est cōtra regulā q̄ dicit ꝙ iuramētū seruādū est si potest sine interitu salutis eterne. ē.de iureiur.si vero.ꝙ nō cōtradicit:sed concordat:ꝙ est cōtra bonos mores:et ita dicendū est de quolibet temerario.ē.de iureiurā.sicut.et.c. tua.Itē idem est in quolibet qui vi vel dolo prestatur in quo prestās nō consentit.et sic nō obligat.ē.de iureiur.licet.De hoc.ē.de hijs que vi me.cau.abbas.ad hoc facit regula.ſ.eo.in malis.idem de īpossibili.ff.e.l.nemo.sicut ergo pactū qđ est contra bonos mores nō tenet sic nec iuramentū qđ est accessoriū.ad hoc facit.ē.eo. accessoriū.Huius ratio est:q: vtendū est rebus ad illum vsum ad quē sunt institute.xxij.q.ij. isaac.et nō ad aliū.sed iuramentū nō est inuentum vt esset vinculū iniquitatis.ē.de appel.cū spāli.et sic iniquitatē nō vinculat.nec cōtra est ē.de iureiur.cū contingat.et.c.licet.q: iuramētum ibi prestatur super ꝯtractu reprobato iure speciali:approbato tamē iure ꝯmuni.Item licz reprobetur per leges/approbat tamen per canones:cū omne iuramentū habeat efficatiam reprobandi ius spāle:et approbandi ius ꝯmune ē.de pac.q̄uis.ꝯm Io.mo.vel dic ꝙ aut est quid prohibitū propter turpitudinē sui:et tunc iuramentū nihil operatur.ē.de iureiur.cū quidam. aut priuilegio vel fauore persone.et tunc est obligatoriū persone:et confirmat rem de qua agitur.vt in dicto.c.quāuis.

Dolo facit. No.casum in vsurario petēte vsuras.ē.de iureiur.debitores.ꝛ.c.ſ.xxij. q.iiij.nullus. hāc regulā intelligēdā: quādo res restituēda est ei a quo petitur.secus si restituēda esset alij.Unde cōmodatari⁹ repetit rem a fure:ꝛ tamē ipse habet eā reddere dn̄o. C.de fur.l.ſ.§.si cū vir.Itē hec regula non habet locū in possessione in qua non īpedit restitutio propter dolū:nisi in casib⁹ qui no.ē.de resti.spo. in literis.et no.Gauffridus.ē.de offi.deleg.venerabili.et no.C.loca.l.si quis conductionis.ff. so.ma.l.si socer.§.luci⁹.et.ff.e.dolo.Distingue. tamē q: aut agit in possessorijs adipiscēde.aut retinēde:aut recuperāde possessionis.In primis duob⁹ regula non hz locū:sed in tertio locū hz: q: spoliat⁹ ante debet restitui:quā de proprietate q̄ratur.C.ad.l.iul.de vi.si q̄s ad se fundū.vbi petit ad se restitui possessionē ablatā violēter.ꝛ postea poterit sup dn̄io cōueniri.vnde ꝙ dicit petit:expositione agēdo petitorio iudicio:vel possessorio adipiscende:vel retinende possessionis. Sequit̄ restituere.s.eidē:secus alij:al's totus titulus de procura.esset sublat⁹.s.q: procurator non posset petere a tertio:ꝙ habet dn̄o restituere.ꝯm.Dy.

Non est. No.ca.de re.permuta.significāte.ē.vt lite nō contesta.qm̄.§.si vero.Item in dn̄o q̄ nō est in mora petēdo seruū factū monachū:si potest se tueri legitima exceptione lōginq̄tatis.xvj.q.iij.si q̄s incognit⁹.Item si in soluendo quartā decimax.ē.de p̄scrip.de quarta. Et est ratio regule:q: ad hoc ꝙ aliq̄s possit dici morosus oportet ꝙ sciat vel scire debeat se debere:sed ille q̄ habet exceptionē legitimā hoc nescit:ergo nō est in mora:et ītellige exceptionē legitimā q̄ replicatiōe non elidit̄:vt si furor replicando positus tollat pactū de nō petēdo ꝙ cōtra me ponis:ꝛ intelligas de exceptione q̄ tollit vinculū naturale vel ciuile:sic eīm actio q̄ per exceptionē tollit̄ non valet:sic nec exceptio q̄ tollitur p replicationē.vt.ff.e.nihil.et est ratio:q: in excipiendo reus fit actor.ff.de excep.l.ſ.Si q̄ras an remisso pacto:orit̄ actio.sic de iure canonico.sed de iure ciuili:non:regulariter dire

cte: sed indirecte bene. vt si agaẗ ad penā stipulatā. si non cōpleaẗ ꝙ ex nudo pacto ꝓmittiẗ: q꞉ tūc directe agiẗ ex stipulatu. ⁊ sic indirecte cōseq̄tur ꝙ nudo pacto debebaẗ. C. de pac. l. pacto. vel dic ꝙ sicut stipulatio penalis īcipit a ꝓcedēti pacto nuda legis dispēsatione ꝑmittiẗ agere ex stipulatione penali nondū cōmissa. ꝙ est ꝯtra ius cōe: vt metu ci⁹ pareaẗ pacto ꝓcedenti vt in l. si pacto. et est ratio in vtroqꝫ casu: ne contrac⁹ in totū reddaẗ inutilis. si vero nihil relaxeẗ: q꞉ ꝑmittitur agere ex stipulatione nōdū cōmissa: ꝙ est cōtra ius cōe vt. ff. de vb. ob. l. ita stipulatus. similiter q꞉ permittiẗ etiā agi lite nō ꝯtest. sub pacto nudo: ꝙ siīr remotū est a iure cōmuni vt. ff. de pac. l. iurisgentiū. §. cū nulla. ſm. Dy.

QUod ob gratiā. Po. cas. in hijs q̄ fauore eccl'ie cōcedūtur: ecclesiam grauare nō debet. xij. q. ij. caritatem. ꝟ. de regu. ad apostolicā. ⁊ c. nō solū. ꝟ. de secūd. nup. c. ij. de ꝓben. si motu. nisi forma mādati aliud requirat. ꝟ. de ꝓben. cum de nō sacerdotali. Itē intellige regulā in gr̄a ex motu principis facta: q꞉ secus si ad instantiā istius cui fit. ꝟ. de mut. pcti. ꝑndētiā. ad idē. ꝟ. de cōsti. cū oēs. et. ff. ꝙ quisqꝫ iuris. per totū. hec regula obtinet locū in sui cōtrario q̄ penale odiū nō debet cōuerti in ꝓmiū. xvj. q. j. legi. de sen. excō. sententie. nec ob. l. ff. de aut. tu. l. obligari. §. hereditatē. q꞉ in hijs in q̄bus certū est cōditionē pupilli effici meliorē valet factū a pupillo: etiā sine tutoris auctoritate: si feraẗ sentētia pro eo. C. de procura. nō eminus. sed si certū esset deteriorē fieri: vt si alicui se obliget: vel actionē cedat: non tenet. C. de aut. presta. l. ij. ⁊ iij. sed in hijs in q̄bus dubiū est: pōt esse: cuius sit melior: vel deterior: vt in aditione hereditatis: q̄ potest habere latētia onera non tenet ꝙ fit a pupillo sine tutoris auctoritate: et hoc pupilli fauore: ne īplicetur oneribus vt in cōtraria lege. ad istas duas regulas hic positas potest gn̄aliter solui: ꝙ idē act⁹ non potest esse per oīa īmediata causa pene ⁊ ꝓmij. vt l istis. ll. ⁊ ff. de leg. l. nulla. ⁊ C. de leg. l. fauore. sed bn̄ potest esse causa remota mediata. nā delictū est causa pene: pena causa īhabilitatis: pro aliquo actu vel officio exercēdo: inhabilitas vero causa remotionis ab illo officio: remotio vero causa liberationis ab onere: ꝙ alīs incūbebat ratiōe officij remoti. nā remiti a militia ꝑ ignorātiā q̄ non audent: ex hoc in penā in vrbe morari in loco in quib⁹ imperator habitat: excusaẗ a munere tutele ciuitatis. ff. de hijs q̄ not. infa. l. ij. §. ignominic. sed dic ꝙ ꝯtrariū soluit diuersitas actuū ꝑsonarū vel rerū. vt. ff. de hijs quib. vt indig. l. j. nisi pro vna causa esset causa pene et premij: sed diuersitas ꝑsonarū ⁊ rerū tollit cōtrariū. Nā ibi respect⁹ fisci mereẗ: ⁊ ideo ꝯseq̄tur premiū respectu autē ꝓmij delinq̄t. et ideo seq̄tur penā. Dy.

NUllus. Po. ca. si tibi cōsului vt pecuniā dares in emptionē mertium potius q̄ prediorū: ⁊ male inde tibi accidat. si hoc feci fraudulēter: teneor. si bona fide / nō obligor. et sic pone ca. ff. māda. l. ij. §. vlti. ⁊ ff. e. l. consilij. ecōtra ille cui datur nō teneẗ sequi. ꝟ. de arbi. cū olim. sed si consiliū hoc requirere debet; bene debet spectare rn̄sum. ꝟ. de elec. cū in veteri. de fraudulento cōsilio. pone casum. ꝟ. de renū. sane. lxxxvj. di. tantis daniel. Itē differentia est inter mandatū: q꞉ mādator obligatur mandādo. sed nō cōsulens ꝯsulendo. insti. manda. §. tria genera. vbi de hoc. nec ob. ff. manda. si nō remunerādi. §. si tibi. in fi. q꞉ ille §. intelligitur quando nō erat alīs facturus. ad cui⁹ euidentiā sic distingue: q꞉ aut datur cōtrahendi: aut delinquendi. aut erat alīs cōtractur⁹ aut nō. si nō: tenetur is qui consiliū dedit. vt in dicto. §. si tibi. si erat alīs facturus: tunc ꝓprie locū habet distinctio regule: quia si interuenit fraus: teneẗ. alīs nō. si aūt datur consiliū delinquendi: varie sunt opiniones: mihi tamē videẗ quia aut is cui datur nō erat facturus: aut erat facturus. in primo teneẗ simpliciter is qui consilium dedit. vt. ff. de iureiur. l. nō solum. §. mādato. et. §. proculus. si alīs erat facturus: aut ꝓbuit consiliū ⁊ nō opē: aut opē ⁊ nō consiliū. aut consiliū et opem. si ꝯsilium teneẗ: quia nō debet maliciā laudando augere. vt. ff. de seruo cor. l. j. §. persuadere. C. de fur. l. si quis seruo. si opem tantum: sine consilio principali nec secūdario: non teneẗ. vt. ff. de fur. l. et si pignore. §. cui ferramēta. si consilium ⁊ opem: nō est dubiū quia teneẗ. ff. de verb. signi. l. sepe. §. ita dubitatur. ⁊ insti. de obli. que ex delic. nascū. §. ope. ſm Dynum.

EXceptionem. Po. cas. ꝟ. de excep. venerabilis. §. intelleximus. ⁊ ꝟ. de ꝓscrip. illō. cōtra videẗ: quia si excipio de ꝓscriptione: videor confiteri primo fuisse debitū. et si excipio de sanguinitate cōtra matrimoniū: videor matrimonium confiteri. ꝟ. de testi. ex tenore. de trāsac. preterea. ij. dic ꝙ hec dubitatio nō procedit. ⁊ est triplex ratio. Vna q꞉ licet dicā fecisti pactū de nō petendo: poterat esse ꝙ illud dn̄o erat debitū: vel naturaliter tm̄. vel nullomō. et licet dicā interrumpi prescriptionem: sequiẗ ꝙ prius fuit cōpleta. et sic de alijs. Secūda ratio est: q꞉ excipiendo: nego intentionē actoris. vn̄ si aliq̄s intelligiẗ confiteri: eadē exceptio duos contrarios effectus haberet: qd̄ esse nō potest. ff. de solu. qui hominē. ꝟ. de bap. maiores. tertio q꞉ re⁹ est priuilegiat⁹ vt possit proponere diuersas exceptiones etiā cōtrarias: ⁊ sic nō respicit qd̄ proponit. etiā si sit contrariū: sed ad quē proponit scꝫ ad exclusionē intentionis actoris: nō ad confitendū eam: tutius tn̄ esset ipsi reo sic dicere. nego me promisisse: et posito ꝙ promiserim mihi pactū de nō petendo te fecisse. et sic de singulis. ar. xiij. q. ij. in prin. et hec forma bona esset: nisi esset contra conscietiā: cū prius alas demum linguas oporteat eruditas fieri. vt in prohemio. ff. et. ꝟ. de confes. c. j. vnū tamē nota ꝙ idē ꝙ dicit hec regula in exceptione: vt idē intelligas in replicatione: q꞉ replicās nō cōfiteẗ exceptionē: robur⁹ r̄le est: q꞉ negatio ⁊ ꝯfessio sūt duo ꝯtraria

et ideo ad positionē vni⁹ seqtur remotio alterī⁹ vt. ff. de vb. sig. l. hec vba. distingue sic q: aut excipiēdo simplr negat: aut excipiēdo aliqd ponit: si negat in exceptiōe nō numerate pecunie: vel nō numerate dotis: verū est q nō videt cōfiteri de intētione actoris. vt hic. z. ff. de excep. l. nō vtiqz. si aūt excipiēdo proponit: aut simplr: aut sub ꝯditione: si simpliciter vt q: dicit pactū sibi factū de nō petendo: vel se soluisse: vel absolutū esse: tūc de sola exceptione tractādū videt: absqz eo q actor intētionē suā probauerit: sed si negat et sub cōditione ponit q dicit se nō teneri: et si apparebit ipsū teneri: dicit factū pactū de nō petēdo: videt cōfiteri de intētione actoris: et ideo nō afficit onere probādi exceptionē: nisi actor probauerit intentionē suā: et hoc probat. C. de proba. si quidē. ij. z. iij. responso.

Quecontrarijs.

Po. ca. 3. de testi. in noie dñi. z. 3. de fo. compe. si diligenti. xxv. q. ij. impiali. de quo dic vt. C. de leg. nō dubiū. Cōtra istā regulā potest obijci de matrimonio cōtracto cōtra interdictū ecclie: de sacramētis ab alienis plātis impēsis: q tenent: licet cōtra iura cōferant. dici potest q ſm Jo. q hoc no. 3. de despō. du. c. vlt. et in vlt. glo. z Azo. in dicta. l. nō dubium. q hec regula vera est nisi illo iure vl alio tolleret: et sic itelligūtur iura cōtraria: vel dic q illa nō sunt cōtra ius directe: q: licet ius nō assistat: nō tamē plene resistit. aliq distingūt. q: aut ius prohibēs stat in suis finib⁹: et tūc valet q fit cōtra: sed cōtra istud mēbrū est dicta. l. non dubiū. et dictū. c. in noie dñi. aut. i. prohibēs procedit vltra infirmādo sic cōtra fiat: et tūc nō valet: illud membrū est bene factū: sed primū non ob. q dicit de maleficijs q contra ius fiūt: non habent pro infectis: q: hec regula locū hz in hijs q de iure sortiūtur effectū: q sic expositione. i. que sunt alias de iure pmissa: vt pacta z ꝯsilia: als nō valet ista solutio. Nam regula locū potius habet in hijs q de iure impediunt sortiri effectū: q: quādo nō fiūt scdm formā iuris itelliguntur prohibita: et propter hoc nō possunt dici sortiri de iure effectū. Unde clarius tu dicas regulā loqui in hijs q sunt de iure prohibita: et sic vba euidēter ostendūt hec. et in. l. nō dubiū. de hijs tamē q a iure sunt prohibita: quidam sunt quoꝶ effect⁹ potest retractari. i. ad pristinū statū reduci: et executio ipediri: prout vēditiones z donationes / ceteri cōtract⁹ / testamēta / z ꝯsilia. et in hijs proprie procedūt effectus regule: alia sunt quoꝶ effectus non pōt retractari. i. ad pristinū statū reduci vt homicidiū / et ꝯsilia. q: homo mortuus nō pōt reduci ad vitā. ad talia nō extendit regule effect⁹. vel aliter illa q de se sunt licita: sz sola iuris prohibitione illicita: si fiant sola prohibitione pro infectis habent. Sed illa q de se sunt illicita quo ad effectū iuris: etiā sunt habenda pro īfectis. s. quādo de facto processerint: non pōt esse non factum: et sic respōdet ad maleficia. Ad alia iura respondet sic: q: vbi iura prohibēt simpliciter: nec vltra procedūt: pro infecto habent. et sic regula z. l. non dubiū intelligunt si vltra procedāt tractās qualiter anullet: vel ipo iure: vel ope exceptionis: tūc licet prima facie videant tenere: effectualiter tñ non tenēt: q: nihil interest qs an actionem nō habeat: an possit per exceptionē excludi vt. ff. e. nihil interest. si aūt procedat vltra cōfirmādo tenēt: ratio ꝑdictoꝶ est q: cū. l. vltra nō progredit: stat clausule speciali relicta gñali. 3. e. generi.

In pari causa.

Po. casuz. 3. de cle. coniuga. diuersis fallacijs. de fide instru. inter dilectos. de vsuris. q: frustra. de pben. si a sede. c. libro. cōtra videt decre. 3. de cōcess. pben. cū sup. sed dic vt ibi in glo. Unde in hoc q dicit: delicto: sumpta est ex lege. ff. e. cū propter delictū. et in hoc qd d: causa sumpta est ex. l. ff. e. cū pari. ad euidētiā huius regule: et cōtrarioꝶ eius. sic distingue. q: aut pro puniēdo dolū vel culpā agit criminaliter: vel ciuiliter. et si criminaliter aut est idē delictū accusatoris z accusati: aut diuersum: si idē repellit accusator: q: nil dolosus doloso. 3. de accusa. veniēs. et. c. cū p. et de regula. veniens. si diuersa: aut proponit in modū accusationis: aut in modū exceptionis: si in modū exceptionis audit opponēs anteq nomē ei⁹ fuerit iter eos receptū: postea nō audit: etiā si mai⁹ crimē opponat vt. ff. de adul. l. ij. §. q hoc dicit. si accusatoris: aut de maiori: et tūc nō audit anteq sit inter eos. C. qui accus. nō pos. l. postea. nullo modo audit de maiori. C. de accusa. l. is. qui reus. vbi de hoc. iij. q. ix. negāda. no. sil. de pari vel de minori nō audit nisi prosequat suā vel suoꝶ iniuriā. vt. C. qui accu. nō pos. l. negāda. si ciuiliter: aut vterqz est ī dolo: vel pari culpa: et tūc hicinde cōpensat: siue circa idē: siue circa diuersa reperiatur dolus et culpa vt. ff. sol. ma. l. viro. z. l. cū mulier. aut vnus est in dolo: et alius in culpa: et tūc si circa idē sunt cōmissa: nō fit cōpensatio: q: dolus ꝑponderat culpe vt. ff. ad. l. acql. l. idē. §. vlt. si circa diuersa: fit cōpensatio: cum teneatur vterqz ad q̄ntitatem. ff. de cōpēsa. si ambo. et ibi no. si aūt vn⁹ est in lata culpa: et alius in leui. ꝑponderat lata: q: eqparatur dolo. ff. deposi. q nerua. Itē si alter esset in leui: et alter in leuissima. q: preponderat leuis circa idē: sicut dictum est. sed in casu sili. secus si circa diuersa: cum sint inuicē debitores vt. ff. e. cū per delictū. Itē si vn⁹ sit in leui in faciēdo: et alter in leui in negligēdo. preponderat leuis in faciēdo: ideo nō cōpēsatur. nec est melior cōditiō possidētis. vt plene determinat. ff. sol. ma. si mora. ſm Dynum.

Cum non.

Po. ca. 3. de fi. instru. imputari. po. casū. in Abraham qui quātū in eo erat imolauit filiū. xxij. q. ij. prophetauit. et in co. qui ipedit q citatio ad eū nō ꝑueniat. 3. vt. lite nō cōtest. z. qm. §. porro. Et no. q bene dicit ꝑ eū, ad quē ꝑtinet. q: secus ꝑ aliū tertiū: vel ꝑ casuale impedimentū: q: tunc licet nō imputetur q per me nō stat. 3. e. imputari. tamē nō habebit pro impleto vt hic a cōtrario sensu. et no. q ista

regula distat ab illa imputari:qꝛ illa loquitur in eo q̄ habet cōditionē implere:et nō stat per eū: hec aūt loquitur quādo stat per eū pro quo cōditionē impleri debebat.et est ratio hui⁹ regule. ff.de vsuris.l.debitor:et expone eam:vt illa exponitur.ff.e.l.iure ciuili.⁊ intelligas hoc per eū id est per factū vel per impedimentū per eū positū.quia tūc habet locū hec regula.⁊ qꝛ si per eū id est per casum in ei⁹ personā contingentē.vn de si testator relinquat decē liberto si moretur cū filio:⁊ filius moriatur:nō habebit libert⁹ ista decē. quia legatū fuit cōtemplatione eius in cui⁹ persona erat impleda cōditio.secus eīm esset si cōstaret ꝙ fauore legatarij eēt relictū:vel saltē esset dubium:vel hoc apparet aliquibus cōiecturis: quia tunc haberet illa decē.vt.ff.de adimē.le.l. seyo.in prin.et.l.gayo.§.imperator.

